

adeoque deferta facta est, ut nidus plane evaserit vacuus, omnesque evolaverint pulli, commonente nos aliquo, apud S. BARNABAM, loco: Μὴ πέτρα ἔρημος ἐστὶ τὸ ὄρος τὸ ἁγιὸν μὲν Σινῶ; *Numquid Petra deferta est, mons sanctus meus Sinai?* (Eſ. XVI. 1. Σιών dici oportebat, pro Σινῶ, & montium adeo horum vitari confusionem, quam GREGENTIVS etiam, cum Herbario, Iudaeo, disputans, admisit. Rectius LXX. τὸ ὄρος τῆς θυγατρὸς Σιών, h. l. substituunt) *Vid. S. BARNABAE Epistola, ap. COTELERIVM, in Patrib. Apostol. Vol. I. p. 36.* Superat, per Dei gratiam, Vitembergae, piae veritatis Alumnae, candor ac decus, quod futura etiam inprimis tempora servabunt, quoque ABELAM, Sapientibus, optima consulentibus in medium, nobilitatam, reddet; *Qui interrogant* (si vulgatum audias, dubitante tamen hic paulisper DRVSIO, qui de interrogatione non communi, sed speciali, obsidionis tempore, pacis causa tum instituenda, effatum hocce interpretatur) *interrogent in ABELA, & sic proficiebant.* *Vid. WALTONI Appar. Bibl. p. 428.*

## VII.

Paucitas quippe frequentantium ad tempus, quae casibus quoque aliis divinitus immixtis, obversari quandoque potest, non nobilia statim ipsius societatis semina evellit. Eclipsi superata, splendidior saepe affulget lux, evidenti utique argumento, a vicissitudine nihil se plane liberum praestare posse, nisi, quem divinior spiritus τῶν Φώτων πατέρα, παρ' ᾧ ἐν ἐνὶ παραλλαγῇ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα Jac. I. 17. merito pronuntiavit. *Aquarum venae, etiamsi nullus veniat aqum, manant tamen, & fontes, quamvis hauriat nemo, scatebras emittunt, & omnes, etiamsi nemo bibat, nihilo secius fluunt,* CHRYSOSTOMVS Homil. I. de Lazaro,

Lazaro,